



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 90. Farnesius Cardinalis Wormatiam contendens Tridentum pertransit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

erant, Pro-  
es hu-  
erge-  
rbati  
r dun-  
it, qui  
odum  
o-Rex  
jam  
jusse-  
repo-  
us, ut  
rum a-  
t quis-  
rocu-  
onfem-  
oten-  
præ-  
sque  
s ad-  
cun-  
iver-  
pere  
qua-  
rofe-  
ertus  
nde-  
epit,  
post-  
llus  
ter-  
efest

efset, prohibuit, & iussa exequi negligentibus suæ Ecclesiæ regimen, bonorum redditus, sacraque interdixit. Hoc Pontificis mandatum, quamvis sat rigidum videtur, effectui tamen dabatur, usque dum Pro-Rex a temerario ausu suo desisteret, ita tamen, ut hujus edicti severitatem relaxare, si bene visum fuerit, summo Pontifici integrum esset. Hanc ob rem Procurator a Moguntino Archiepiscopo decretus admittebatur; nam hujus Præfus' absentiā validæ excusabant rationes, cum ejus opera in Germaniæ Comitiis ad hoc summopere necessaria esset, ut se se cunctis in fidei damnum attentandis opponeret.

Sæc. XVI.  
A.C. 1545.

### §. XC.

*Farnesius Cardinalis Wormatiam contendens Tridentum pertransit.*

Interea Cardinalis Farnesius Roma <sup>Pallav. l. 5.</sup> matiam iturus die vigesima Aprilis Tridentum venit, ibidemque de Synodi rebus cum Papæ Legatis contulit. Hi ergo datis literis Pontifici hæc exponebant:

„Exigit Sedis Apostolicæ honor, ut Syndic nodus ea, quæ tam celebrem confessum decet, Majestate celebretur: cum vero Episcoporum non pauci ob inopiam etiam necessariis careant, haud abs referto, si Quæstor constitueretur, eique datur pecuniarum summa, qua necessitatibus hinc inde occurrentibus prospiciat.

„ ci

**Sæc. XVI.** „ci posset., Postea cum eodem Legato de  
A.C. 1545. inchoando Concilio actum fuit, præcipue  
cum jamjam decem Episcopi Tridentum  
venissent, hinc Pontificis mandatum illis  
exponendum Legati censebant, de die au-  
tem, quem Papa Synodi initio præfixit, ni-  
hil decernebant: Rebus igitur ita dispo-  
tis habebatur Congregatio, in qua Præla-  
tis expositum fuit mandatum de inchoan-  
da Synodo, simulque eisdem significa-  
tum, quod dies primum esset definienda,  
postquam Farnesius Cardinalis hac super  
re cum Cæsare egisset. Placuit cunctis  
hoc consilium, unde Pontifex Legatis suis  
Diploma suspensionis, ut ipsi petierant,  
transmisit, nec non ipsorum prudentiae  
Synodus absque novis mandatis auspi-  
candi libertatem commisit, quamprimum  
ipsis per Farnesium Cardinalem suum ne-  
potem innotuerit, quæ hac in re Cæsaris  
sententia esset.

### §. XCI.

#### *Decreta circa Synodi ritus.*

**I**n eadem Congregatione agebatur de  
quibusdam ritibus, quos in Synodo ob-  
servari oportet, ac præprimis statutum,  
quod *tres illi Cardinales Legati, quamvis ex*  
*distinctis essent Ordinibus, unus scilicet Episco-*  
*pus, alter Presbyter, & tertius Diaconus, iis-*  
*dem tamen vestibus ornati comparerent, cum*  
*eos muneris auctoritatisque similitudo jungs-*  
*ret, postea fuit decretum, ut Sessionum locus in*  
Ec-